

www.e-rara.ch

Elucidatorium ecclesiasticum

Clicthove, Josse

Apud inclytam Germaniae Basileam, [1517]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-72288>

[Kolophon]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

De una uirgine: alia prosa.



Virginis uenerandæ de numero sapientium festa celebremus socij. Fi-
lia matris summi regis sacrosanctæ **MARIAE**. Quam sibi in sorore:
dei adoptauit filius. Hæc corpus suum domuit freno ieiunij. Et luxu-
riam secuit ense agonij. Ista contra cunctos mortis dimicauit impe-
tus. Et hostem cruentum, freta **CHRISTI** dextera: strauerat. Hæc sponsum ab au-
la cæli sese inuisentem alacris. Corde iucundo secuta: eius est ingressa thalamum.
Tute iam dulcis plena delitijs. **CHRISTO** miseras nostras suggerito. Nobis
consolationem precando. **A M E N.**

Hæc prosa etiam habet solutam orationis compositionem, nec rythmica modulatione
textitur. Complectitur autem commendationem cuiusuis sanctæ uirginis, quæ ad imitatio-
nem dei genitricis **MARIAE**, in munditia corporis & animi domino assidue seruiuit, ebul-
lientes corporis æstus ieiuniorum frigore extinxit, & pullulantem carnis libidinem uirtute
spiritus refrenauit. Propter quod ab æterno sponso inuitata ad nuptias, cælestem ipsius tha-
lamum est ingressa, perpetuæq; perfruitur cæli gloria.

ANNOTATIONES. Filia matris summi regis. Sancta qualibet uirgo, sacrata dei ma-
tris est filia per imitationem, quoniam in uirginali candore eam consequitur ac imitatur, ut
filia matrem. Ex quo protinus consequens est, **CHRISTVM** adoptasse unam quamuis
uirginum in sororem, nam **CHRISTVS** eandem cum qualibet sacra uirgine habet ma-
trem, utpote gloriosam uirginem **MARIAM**, quæ ipsius quidem **CHRISTI** mater est se-
cundum carnem, cuiuslibet autem sanctarum uirginum mater est secundum spiritum, &
imitandæ uirtutis exemplum. **Luxuriam** secuit ense agonij. Ensis ille non materialis est,
sed spiritualis, refrenatio scilicet carnalis concupiscentiæ per continentiam, ieiunia & abstin-
tiam, uigilias & disciplinam. Hæc siquidem non minus resecant titillantes ac prurientes libi-
dinum motus, q̃ acutus gladius obuia quæq; quibus admouetur, diuellit ac dissecat. Voca-
tur autem ensis ille, agonij, id est, certaminis, angustia, ac laboris, quoniam difficile est ad-
modum propriam edomare carnem, & intrinsecum illum hostem debellare, neq; id fit sine
grauis sudore, nixu, & difficultate. Corruunt enim in ea pugna & succumbunt q̃ plurimi, per-
pauci uero euadunt uictores. Insuper eadem deo sacrata uirgo quæ præsentī prosa celebra-
tur, contra cunctos mortis dimicauit impetus, quoniam quauis tormentorum genera mor-
tem inferentia lubens pertulit pro **CHRISTI** nomine. Hostem uero cruentum dei uirtu-
te munita prostrauit humi, quoniam & dæmonis tentationes & molimina superauit, & ty-
rannos illius satellites ac ministros per indomabilem animi constantiam triumphans euicit.
Hæc sponsum ab aula cæli. Sicut sponsus dimisso suo dimicilio ad ades sponsæ (quam sin-
gulari prosequitur amoris affectu) solet proficisci, ut eam inuisat, & suum ducat in thalamū.
Sponsa uero morem illi gerens, regredientem in sua tecta subsequitur sponsum, & una cum
ipso connubialem subit thalamum. Ita **CHRISTVS** beatarū uirginum sponsus a cæli thro-
no progressus, in terras (ut humano loquar more) descendit, & sponsam suam, quamlibet
sanctam uirginem adhuc in terris degentem inuisere uenit, ut eam inuitet ad cælestis regni
consortium. Illa uero dulcibus his alloquijs inuitata a sponso, Surge propera amica mea, for-
mosa mea, ueni de libano, ueni coronaberis, cucurrit in odore unguentorum eius, & tracta
est post sponsum suum. Quinimmo sponte sua, gressus illius secuta, introducta est per felicē
huius uitæ confirmationem in æterna cæli tabernacula. Quæ nobis etiam annuat post præ-
sentis uitæ decursum dominus noster **IESVS CHRISTVS**, animarum omnium fidelium
sponsus dulcissimus. Qui pro completa præsentis operis elucubratione, sit cum deo patre &
spiritu sancto, laus, honor & gratiarum actio, in omnia sæcula sæculorum. **A M E N.**

Can. 2.
Can. 4.
Can. 1.

**QUARTI ET VLTIMI LIBRI, ELUCIDATORII
ECCLESIASTICI FINIS.**

**BASILEAE APVD IO. FROBENIVM MENSE
AVGVSTI AN. M. D. XVII.**

Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς ὁ θεός

Prudens simplicitas amorq; recti.



עוֹלָם בְּרָכָה עוֹלָם בְּרָכָה עוֹלָם בְּרָכָה

Εὐφρανέσθε ὡς ὁ παῖς τοῦ πατρὸς

卷之四

• 40, 12, 1927. 1000. 1000. 1000.